



Sanc<sup>t</sup>us Leonhartus apud Fr<sup>anc</sup>os honestis parentibus natus & educatus, atq<sup>ue</sup> à S. Remigio in bonis literis atque uera religione institutus fuit. Ea aut ipse indole erat præditus, ut breui tempore pietate & doctrina omnes æquales suos longè superaret. Itaq<sup>ue</sup> factum ut passim circumiret, & Francos ad Christianam fidem uerbo Dei pelliceret. Cū aut plures passim in carceribus detineretur, qui superstitionib. gentilitijs seducti ueram doctrinā maledictis incellerent, aut alijs sceleribus conuicti ad poenam reseruaretur, S. Leonhardus misericordia motus, anno 530, singulos accessit, atq<sup>ue</sup> Euagelij predicatione ad Christianam fidem conuertit. Deinde etiam à prætectis passim imperauit, ut uenia adepta è vinculis liberaretur. Vnde nugator Lombardus finxit, omnes captiuos qui S. Leonhardi nomen inuocassent, cathenis ruptis liberos ex carceribus discessisse. Cōstat enim sanctos Dei viros non suā gloriam, sed Christi saluatoris quæsiuisse, cuius solius nomen inuocandū docuere. Itaq<sup>ue</sup> illas & huiusmodi de Christi membris fabulas aniles & Monasticas cane peius & angue fugiendas censeo, ne unā cum ueritate paulatim mendacia irrepant. Cum aut D. Leonhardus longo tempore sua prædicatione, & pia captiuorum uisitatione multis, qui animo & corpore capti essent, profuisset, tandem ex hac uita in cœlestem beatitudinē migravit. Lombard.